

Nicolaus de Rabinstein, Bürgermeister, und die Geschwornen der Stadt Freiberg urkunden, daß Sifridus Topper vor ihnen allen Gewinn, den er aus dem Bergbau ziehen, und die Bergtheile selbst, die er erwerben würde, sowie sein gesamtes sonstiges Vermögen auf seinen und seiner Gemahlin Pesela Todesfall dem Kloster Alzelle geschenkt habe. 1300. 5

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1668. Für das fehlende S. sind Einschnitte im Pergament vorhanden.

Gedr.: Beyer Alt-Zelle 572 (Auszug).

Ann.: Die Urkunde, deren Stil wol einen geistlichen Dictator voraussetzen läßt, ist auffälliger Weise mit Bücherschrift zwischen schwarzen Linien geschrieben. 10

Ne noverca^{a)}) memorie oblivio suis votis locum habeat, humana providit ratio gestis temporalibus quibuslibet solempniter celebratis per certa subveniens remedia scripturarum. | Nos igitur Nicolaus dictus de Rabinstein magister civium ac jurati seu scabini civitatis Vriberg recognoscimus ac tenore presencium publice protestamur deducendo fideliter ad | noticiam modernorum et memoriam futurorum, quod Sifridus dictus 15 Topper vir providus et honestus noster concivis perpendens studiosius, quod rerum eventus varii et inopinati circa | propositum hominum soleant evenire nec qui vivit hodie incolumis cras se sanum poterit affirmare, cupiens itaque tesaurizare tesaurum qui non perit, habita matura deliberacione et diligenti consilio requisito, de certa sciencia et grata et bona voluntate et assensu benivolo conthoralis sue domine Pesele in remedium pecca- 20 torum et animarum suarum monasterio Cellensi in honore gloriose virginis Marie dedicato ac ipsius virginis capellanis viris venerabilibus domino . . abbati cellerario priori totique conventui ejusdem donavit dedit et voluntarie coram nobis ac libenti animo contulit specialiter omne lucrum seu omnem pecuniam, quod vel quam in montibus universis ac singulis de moncium partibus, ac ipsas partes, quas fortuna arridente et divina clemencia 25 largiente fuerit consecutus, generaliter autem dictis dominis ac fratribus predicti monasterii irrevocabiliter contulit omnem facultatem rerum suarum mobilium et immobilium universarum ac singularum, que actenus possedit et inpossidebit, nullo jure suis affinibus vel confinibus seu quibuslibet personis aliis in eisdem bonis generalibus et specialibus universis ac singulis penitus reservato. Itaque predictis dominis et fratribus supra dicti 30 monasterii, postquam divina volente gracia obitus ipsius ac uxoris ejus nunciati fuerint, statim sine cessacione liceat supra dicta dona pacta ac promissa generalia ac specialia vendere alienare possidere et prout libet in usus proprios convertere, ut in divino officio valeant recreari. Ut hec autem omnia *locum^{b)}) optineant et robur perpetue firmitatis et maxime, ne aliquem scrupulum ambiguitatis supra dicta donacione valeat suboriri, ad 35 excludendam omnem vacillationem presentem conscribi fecimus paginulam nostre civitatis sigillo caucius roboratam. Testes vero hujus sunt Theodericus Abrasus, Johannes de Apoteca, Nicolaus Reinoldi, Nicolaus de Giten, Wichardus Byrner, Cvnradus de

55. a) Hinter noverca ist oblivio durch Unterpunktiren getilgt. b) locum locum.